

viam Cilicum, primam Thebaeorum, tertiam Ituraeorum in Aegypto tetendisse confirmant tituli infra editi, reliquas alas et cohortes (excepta sola ala Augusta) alii tituli (Graeci plerique), quos composuit Mommsen *eph. ep.* 5 p. 644, et *Notitia dignitatum Or. c.* 28. — 3) Idem qui fuit procurator Iudaeae a. 74 (Ioseph. b. *Iud.* 7, 6, 6, ubi errore est $\Delta\beta\epsilon\sigma\lambda\phi$), praefectus annonae a. 80 (*act. Arval.*) — 4) 9 Iun. (a. 85; consulum par praeterea ignotum; Tettius Iulianus videtur idem qui fuit legatus legionis septimae Claudiae a. 69 et praetor a. 70, cf. *Tac. hist.* 1, 79. 2, 85. 4, 39. 40).

1997 imp. Caesar divi Vespasiani f. Domitianus Augustus Germanicus pontifex maximus, tribunic. potestat. III, imp. VII, p. p., cos. X¹, equitibus et peditibus, qui militant in alis quinque et cohortibus decem et tribus, quae appellantur (1) I civium Romanorum et (2) I et (3) II Arvaeorum et (4) Frontoniana et (5) Siliana², et (1) I Noricorum et (2) I Britannica et (3) I Montanorum et (4) I Lusitanorum et (5) I et (6) I et (7) II Alpinorum et (8) II Hispanorum et (9) III Thracum et (10) V Gallorum et (11) V Callaeorum Lucensium et (12) VI Thracum et (13) VIII Raetorum³, et sunt in Pannonia sub L. Funisulano Vettoniano⁴, qui quina et vicena stipendia aut plura meruerant, quorum nomina subscripta sunt: ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent cum est civitas iis data, aut si qui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas. A. d. III nonas Sept. C. Tullio Capitone Pomponiano Plotio Firmo, C. Cornelio Gallicano cos.⁵

cohort. I Montanorum, cui praest Nipius Aquila, pediti: Dasio Damentis f. Dalmat.

Descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae fixa est Romae in Capitolio post thesarium veterem.⁶ P. Atini Rufi — Q. Muci Augustalis — C. Lucreti Modesti — C. Iuli Clementis — L. Sesti Maximi — Q. Iuni Syllae — P. Corneli Verecundi.

Diptychon aeneum, Pesth in museo, rep. ut dicitur Carnunti (Eph. epigr. 5 p. 94. 95). — 1) A. 84. — 2) Quinque hae alae redeunt in constitutione data die 5 Sept. 85 pertinente ad eundem exercitum Pannonicum (*C. III p.* 855). — 3) In constitutione a. 85 (cf. *not.* 2) redeunt ex tredecim his cohortibus undecim, scilicet omnes praeter secundam Alpinorum et tertiam Thracum. — 4) Cf. supra N. 4003. — 5) 5 Sept. (a. 84; consulum par praeterea ignotum; Cornelium Gallicanum constat legatum fuisse provinciae Lugdunensis a. 85, cf. *C. XII 2602*, et floruisse etiam sub Traiano, cf. *C. XI 447*). — 6) Sic scriptura exterior, Romae in Capitolio (*reliquis omissis*) interior.

1998 imp. Caesar divi Vespasiani f. Domitianus Augustus Germanicus pontifex maximus, tribunic. potestat. X¹, imp. XXI, censor perpetuus, cos. XV¹, pater patriae, equitibus qui militant in alis quattuor (1) I Flavia Gemina, (2) I Cannenefatium, (3) I singularium, (4) Scubulorum², et peditibus et equitibus, qui in cohortibus decem et quattuor (1) I Flavia Damascenorum millitaria, (2) I Biturigum, (3) I Thracum, (4) I Aquitanorum